







1764.

*

1. Bornius: De Saxonica rei immobilitis usucapione
Programma, quo ordinarius senior et reli-
qui fac. jur. assessores memoriam Bornia-
man . . . renovandam indicunt
- 2 * Silberstein et Pilnickan, Rudolphus Ferdinandus,
lib. bar: Programma, quo triam . . . facul-
tatem de causis, senioribus, reliquique assessores
ad memoriam universariam Rudolph. Fer-
dinandi lib. bar. de Silberstein et Pilnickan
invitant.
3. Bauer, Haurum Godfridus: De tacita hypo-
theca pupillo in bonis tutoris allodialibus
pariter atque feudatibus in territorio et
extra territorium sitis competente.
4. Bauerus, Haur. Godfridus: De tutela Germa-
norum puctuaria
5. Bauerus, Haur. Godfridus: De ratione juris
Germanici in constituenda tutela legitima.

1766.

6. Baucus, Henr: *De differentia consuetudinum
procter et contra jus introducendarum.*
7. Baucus, Henr. Godefridus: *De ratione juris
Romani in constituenda tutela legitima.*
8. Baucus, Henr. Godefridus: *De aequitatis
in jure usu.*
9. Baucus, Henr. Godefridus: *De concilia-
tione 132 D. d. l. et l. C. quae sit
long. consm.*
10. Baucus, Henr. Godefridus: *De aequitate*
11. Baucus, Henricus Godefridus: *Dimissio juridica
ex quo tempore licita hypotheca propositi
bona tutoris officiat. ?*
12. Baucus Henr. Godefridus: *De vera juris consue-
tudinarii notionis lapsusque temporis ad*

illud introducentium necessario

13. Bauer, Johann Godefridus, fac. jur. praecellens.
vini: De foro scriptissimus realis. Program-
ma, quo summus in utraque iure honores
Davidi Godefrido Regis die Wilhelmi ... in-
dret.
14. Bernauer, Johann Ferdinandus: De nexu unio-
nis et imperii.
15. Conradi, Joh. Ludovicus: De cautione dhuciana.
16. Ernesti, Augustus Gustavus: De concilio Latera-
nensis a. c. 774. veritate.
17. Hauren, Carolus Renatus: De nobilitate
Saxoniae sub Carolo Magno.
18. Hommelius, Ferdinandus Augustus, fac. jur.
praecellens: Programma, quo sollemnis
inauguralia forae Ludovici Ernesti Pult-
manni ... indret.
19. Kindius, Franz Christophorus: De reprobatione
speculi Saxonici articulis.

1764.

20. Mylius, Gustavus Henricus: fac. jur. pro-canc^{ellariis} =
cellariis: Program. quo inauguratio
solemnis Johannis Christophori
Kindeii . . . celebranda indicit.

21. Perez, Henricus Gottlieb: de differentia
dubis et instructionis malis.

22. Platnerus, Fridericus: Super juris naturalis
finibus recte aestimandis

23⁹²⁶ Plettmannus, Jonas Ludovicus Ernestus: de
querela inofficiorum testamenti fratribus
uteriuis hanc concedenda. 2 Impl. 1764.
1767.

24. Scherel, Fridericus Wilhelmus: De vera nobi-
litate inferioris origine contra opi-
nionem communem.

25. Steger, Adrianus, fac. jur. pro-canc^{ellariis} =
cellariis: de singularibus quibusdam modis vasallas
acquirendi sicut in Germania usitatis.
Program. quo solemnitas inauguratio Hen-
rici Theophili Pererii . . . celebranda indicit

174.

26. Thomarius, Traugott; ord. Let. pro can-
cellarius: De remissione mercedis, ob
sterilitatem in agris contingentem, de
jure Romano qui dem, non vero jure natu-
rali praestanda. Programma, quo solenniter
dictoria Isami Ferdinandi Ber-
naueri celebranda indicit.
27. Wiersand, Georg Hepper: De sanctitate
curiarum. Programma, quo disputabiles
futurae significat.
28. Wiersandus, Georgias: De nonnullis coronae
nuptialis juribus.
29. W.cke, David Gorpers Regidius: De
remunerabile vel successione filiarum
in feudo.
30. Zoller, Rodericus Gollub, fac. jur. pro cancellario:
De debitis hereditariis ab hereditibus bonorum hae-
reditariorum quam immutabilitatem ex soluta die nulli
debito differunt vel ab una sint realia vel personae.
ha? Programma, quo summas in utroque jure
honores Ferdinando Wilhelmo Scherel imperatoris
indicat.

1744.

31. Zollerus, Friedericus Gallus: De poena ve
ficii attentati, quamvis irreparabile inde
oriatur damnum, ad usum non extendenda.

ent

)
.

3.



2

H

9 1844.

SE



8629

1761, 4

DE
TUTE LA GERMANORVM
FRUCTVARIA

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAESIDE

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.

LIPSIENS. ADV

IN AVDITORIO ICTORVM

D. VIII. OCTOBR. A. C. MDCCLXI

DISPVTABIT

SALOMO HENRICVS FISCHER

SCHNEEBERG. MISN

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEIMIA





§. I.



utela ista agnatis, Antiquae Germaniae consuetudinibus, collata, de cuius ratione vidimus, an utendi fruendi rebus pupillaribus, praeter ea, quae ad sustentandum educandumque pupillum pertinerent, licentiam tutori tribuerit, e re erit paucis inquirere. Affirmant hoc imprimis gnari Antiquitatum Germanicarum, BEYERVS, HEINECCIUS, GAERTNERVS et alii, neque id quidem, quantum intelligo, temere. Ius nostrum, quod fatendum est, negatiuum potius ut amplectamur sententiam, persuadere videtur, quum plane ignoremus hodie eiusmodi tutorum emolumentum, nec iuris regula vnquam permittat, mutationem praesumere. Et quanquam lubentissimadamus, teste quotidiana experientia, paucissima ex priscis Germaniae moribus ad nos esse translata, fereque omnia, receptis peregrinis iuribus, in desuetudinem abiisse: tamen hoc etiam scimus, non eandem esse iuris Romani intuitu

*Quaeritur, an
tutela agnato-
rum vsu fru-
ctuaris quon-
dam fuerit?*



Principum, ac priuatorum, auctoritatem, non, quod putemus, inhaesisse eos tenacius inueteratis consuetudinibus conseruandis, sed, quia alter alteri impedimento fuit, seque secundum iuris Romani praecepta ipsi parum proficua non passus est iudicari. Fuit enim sine dubio facilius, in singulis prouinciis, posthabito iure inquilino, peregrino locum relinquere ad hoc, vt ciuibus illud sequi incubuerit, quod sine dubio singulis Imperii Ordinibus Superioritatis territorialis iure licuit, quam id efficere, vt hi ipsi Imperii status, amore erga Ius Romanum, ab antiquo more recederent, quod consensu omnium fieri debuit, ne cui ius quaesitum auferretur.

§. II.

*Recensentur
dubia, quae
huic senten-
tiae obstant.*

At enimuero aequè minus hodie Principes, ac his subiectos vsumfructum rerum pupillarium, si tutores existunt, sibi vindicare deprehendimus. Quod vel inde colligere possis, quod videmus, (excepto solo Electore impubere, cui A. B. Cap. VII. §. 4. diferte proximum agnatum tutorem constituit,) tutorem testamentarium, quem plane ignorabat Germania, legitimo praeferri. Vt nec desint, qui in cit. Spho A. B. supponant verba: deficiente testamento, adeoque ad ipsam tutelam impuberis Electoris in testamento paterno appellatum, quam legitimum, admittere malint. Quam tamen interpretationem, et verbis, et sententiae, rationique cit. legis publicae parum consentaneam, admittere dubito. Estque notissimum PHILIPPI LVDOVICI NEOBVRGICI exemplum, qui, cum FRIDERICVS Elector Palatinus tutorem filio impuberi relicto in testamento



stamento dedisset IOANNEM BIPONTINVM, tutelae administrationem, tanquam proximus agnatus, vi subiit. Sed ne hanc quidem Electorum tutelam legitimam, etsi recentiori lege fulciatur, esse fructuariam, exemplis docemur. Rei subiectae ratio quidem non permittit, multa ex historiis in huius rei probationem conquirere testimonia. Non possum tamen non inhaerere exemplo FRIDERICI WILHELMI Saxoniae Electoralis, pendente CHRISTIANI II. minorennitate, quondam Administratoris, quippe quod proxime ad nos pertinet. Hic igitur, praeter 20000 florenor. ipsi, pacto, cum IOHANNE GEORGIO, Electore Brandenburgico, quippe tutore honorario, inito, concessa, quo melius onera vicariae Electoralis dignitatis sustineret, ex redditibus terrarum Electoralium, testantibus historiae Saxonicae monumentis, nihil amplius sibi vindicauit.

§. III.

Cum igitur ne Electorum quidem tutores redditus terrarum sibi vindicent, cum reliquorum Principum im-
 puberum agnati vel in testamento paterno tutores scriptos sibi praeferri patiantur, quis quaeso putauerit, hodie cum iure sibi percipiendi fructus ex rebus pupillaribus tutelam Illustrium esse coniunctam. Praefertim, cum ita comparata fuerit iure Germanico tutela, quod obseruat STRVV. in *Iurispr. Heroic. Part. V. Cap. VI. §. 5.* vt praecipuum ius ad suscipiendam tutelam fuerit proximi agnati. Quam sententiam pariter ignorantia testamentorum, pariterque *Glossa ad Ius Weichbild. Art. XXVI. n. 14 et 15.* secundum quam nemo, nisi iusta suspicionis causa contra legitimum militet,

Eiusdem argumenti continuatio.



vel hic ex alia ratione impar sit suscipiendae tutelae, hoc neglecto, alium liberis suis eligere, eumque iudici confirmandum offerre valet. Quam ob rem errare videtur HEINECCIUS, qui in *Element. Iur. Germ. Tom. I. Lib. I. Tit. XV. §. 350.* principem patitiae tutelae locum relinquit, eique legitimam fuisse postpositam arbitratur. Cum igitur, antiquo Germaniae iure tutela agnatis deberetur, mirum vtiq; videri debet, eos ab hoc iure se abdicasse si commodum, fructus ex pupillorum substantia perceptos suo dominio acquirendi, cum ea coniunctum fuit.

§. IV.

*Probatum con-
iunctam olim
fuisse tutelam
cum iure sibi
acquirendi
fructus,*

Verum, petita esse omnia, quae hodie circa tutelam occurrunt, ex Iure Romano, et vere coniunctam fuisse olim eam, secundum Germanorum aliarumque gentium consuetudines, antequam innotuerit Ius Romanum, cum iure percipiendi fructus ex rebus pupillaribus, varia nobis persuadent. Partim, quod his mos egregie respondet antiquae bonorum qualitati, ex quibus immobilia, iure successionis in possessorem deuoluta, siue hereditaria, prout nuper obseruavi, sine consensu gentilium alienari non poterant, idque, quia quasi in quodam condominio omnium, qui ad familiam pertinebant, erant constituta, qua de re fusius differentem habes STRUVIUM in *Iurispr. Heroic. Part. V. Cap. VI. §. 2.* Ex quo facile indignum videri potuit, alterum condominum ad restitutionem fructuum ex re communi perceptorum, et ad rationem de iis reddendam adigere velle.

§. V.



§. V.

Partim, quod antiquae leges ipsae passim huius rei fidem faciunt. Inprimis huc pertinet §. 3. et 4. Tit. VII. Leg. Saxon. his verbis: *Qui viduam ducere velit, offerat tutori pretium emtionis eius, consentientibus ad hoc propinquis eius. Si tutor abnuerit, conuertat se ad proximos eius, et eorum consensu accipiat illam, paratam habens pecuniam, ut tutori eius, si forte aliquid dicere velit, dare possit, hoc est, solidos CCC.* Nouimus quidem, cuius rei TACIT. d. M. G. fidem facit, olim in Germania inualuisse, ut recens nuptae parentibus munera offerrentur, iisque redimeretur mulier. Id vero plane non apparet, quo iure in tutoris quasi commercio constituta fuerit mulier, ipsius tutelae subiecta, nisi hoc inde petendum est, quod fructus rerum pupillarum tutori cesserunt, etsi, hoc nihil impediendo, quilibet facile hunc morem inhumanum et barbarum abominauerit. Idem confirmat citat. ab HEINECCIO Art. 23. Lib. I. Iur. Prouincial. Sax. qui distinguit inter tutorem heredem, et non heredem, illumque, ut rationes de fructibus, nomine pupilli perceptis, quotannis heredi illius reddat, adstringit, hunc vero ab onere reddendarum rationum immunem dicit. Quae immunitas etsi per se non inuoluit emolumentum sibi percipiendi fructus, quemadmodum exemplo testamentarii tutoris, quem pater in testamento ab hac obligatione voluit esse liberum, docemur, veram tamen huius priuilegii causam esse vsumfructum, ex rebus pupillaribus iure suo a tutore quondam percipiendum, magis illustrat Glossa ad Iur. Weickbild. Art. XXVI. n. 20. quam apprime in huius rei probationem vocat STRVV. cit. loc. §. 7.

Eiusdem argumenti continuatio.

§. VI.



§. VI.

*Agnatum pro-
ximum hodie
non immunem
esse a rationi-
bus quotannis
reddendis, ex
praemissis de
monstratur.*

Ex *cit. Art. 23. Lib. I. Iur. Provincial. Sax.*, simul patet, quam obseruationem ab interpretibus neglectam video, emolumentum illud, percipiendi fructus, ex re pupillari cessasse solis legitimis tutoribus, iisque tum demum, si successio quoque iis deberetur. Patetque ex ratione remissarum olim tutori legitimo, heredi proximo pupilli, rationum, quam vera sit ista sententia, quam CARPZOV. *def. 3. Const. Elect. XI. P. II.* propugnat, et quam praxis ipsa tuetur, scilicet, proximum agnatum, tutorem legitimum, deposito demum tutelae officio, non quotannis rationem reddere debere. Dicunt quippe, reuocasse Serenissimum Llatorem in *cit. Const. XI.* ius antiquum in usum, quod non, prout Ius Ciuile, finita tutela, sed quotannis rationes a tutore, non admissa quadam inter genera tutorum differentia, exigit, adeoque, quia illud ipsum antiquum ius domesticum exceptionem fauore proximi agnati admittat, putandum non esse, quod hanc generali dispositione ELECTOR SERENISSIMVS tollere voluerit. Quod vero nouimus, cessante ratione legis, quae in re praesenti erat vsusfructus agnato proximo tributus, eam quoque ipsam cessare, non intelligo, cur hodie melior agnati proximi, quam aliorum tutorum esse debeat conditio, praesertim quod generalitas *cit. Const.* obstat, quominus eiusmodi exceptionem, omni ratione destitutam, admittere liceat.



Excerptum ex huius rei protocollo...

ULB Halle
007 114 605


3



NO 18







8629

1761, 4

DE
TUTE LA GERMANORVM
FRVCTVARIA

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAESIDE

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.
LIPSIENS. ADV

IN AVDITORIO ICTORVM

D. VIII. OCTOBR. A. C. MDCCLXI

DISPVTABIT

SALOMO HENRICVS FISCHER

SCHNEEBERG. MISN

LIPSI AE
EX OFFICINA LANGENHEIMIA

